



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. I. Exvusat ab integritate materiali Confessionis impotentia physica, immò & moralis, id est, grave damnum proprium vel aleinum, Confessiononi extrinsecum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

SECTIO NONA.

De Causis excusantibus ab integritate Confessionis.

I.
Integra
Confessio
non obligat,
quando
physicè vel
moraliter
est impossibi-
lis.

Diversæ cir-
cumstantiæ,
in quibus
integra
Confessio
est physicè
impossibi-
lis.

Quando in-
tegra Con-
fessio sit
moraliter
impossibi-
lis.

Commune est præcepto integra Confessionis cum aliis præceptis positivis tam divinis, quam humanis, non obligare, quando ejus observantia est physicè, aut moraliter impossibilis. Quamvis enim Deus ad plura possit obligare, & ad difficiliora, quam homines, ut patet in ipso præcepto Confessionis integræ omnium peccatorum etiam occultissimorum; equidem tamquam bonus Dominus, suavis & mitis, & multæ misericordiæ, fragilitati humane voluit se accommodare, nolens quemquam perire, qui vult omnes salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Et verò Confessionem materialiter integram frequenter impossibilem esse, non tantum moraliter, sed etiam physicè, nemo potest dubitare, qui novit, quam sæpè homines subito obmutescant, & ita morte præoccupentur, ut neque vocibus, neque ullis aliis signis possint aliquid peccatum in specie & sigillatim declarare; immò vix in genere se articulare.

Quid si Confessarius sit surdus, aut diversi idiomatis, nec possit nutibus pœnitentis peccata in specie & sigillatim percipere? Quid si nolit Confessarius omnia peccata audire, aut non possit defectu temporis, v. g. si sint plurimi in naufragio aut incendio, aliore imminente exitio? Transeo peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *Ab oculis meis munda me Domine*, Psal. 18. v. 13. quoniam illa declarare, hominibus physicè impossibile est.

Alii sunt, qui licet absolute possent omnia peccata sua in specie & sigillatim declarare, attamen non sine maximo damno proprio aut alieno: atque his integra Confessio moraliter est impossibilis.

Sed neque hos neque illos Deus voluit exclusos à susceptione Sacramenti Pœnitentiæ, quod pro omnibus erat institutum, & omnibus post Baptismum lapsis ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus. Dico itaque primò:

CONCLUSIO. I.

Excusat ab integritate materiali Confessionis impotentia physica, immò & moralis, id est, grave damnum proprium vel alienum, Confessionis extrinsecum.

Et communis sensus Ecclesiæ, qui non potest esse erroneus propter multa inconvenientia, quæ inde sequerentur, nempe infinita propemodum sacrilegia, dum passim absolvuntur illi, quos constat non integre confiteri.

Et quidem de peccatis oblitis, expressis verbis id definit Concilium Tridentinum sess. 14. c. 5, ibi: *Constat nihil aliud in Ecclesiâ à pœnitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientia sua suas omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum & Deum suum mortaliter offendisse, meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, ut antequam eadem Confessione inclusa esse intelligatur.* Ratio est: quia alioquin Confessio à Christo præcepta foret physicè impossibilis; cum physicè impossibile sit illa peccata confiteri Deus autem impossibilia non præcipit.

De aliis peccatis, quæ memoria occurrunt, argumentamur à paritate rationis, quando physicè impossibile est ea exprimere, siue illa impossibilitas oriatur ex parte confitentis, siue ex parte Confessarii, siue ex parte alicujus: ut patet in exemplis supra allegatis, quæ ab omnibus admittuntur.

Notant tamen Aliqui, pœnitentem in illis casibus debere incipere à materia necessaria, id est, à peccato mortali non confessio; quod autem à graviore non satis constat, cum omnia æqualiter sint materia necessaria, & sæpè de majori gravitate pœnitentes nequeant prudenter judicare.

Præterea advertendum, post Absolutionem datam, si rursus possibilitas adveniat, pergendum omnino in Confessione incepta; v. g. in periculo mortis Sacerdos, audito uno peccato absolvit pœnitentem, ne forte si permitteret integram Confessionem, abique Sa-

cramento
solutione
nem ince
in aliis ca
fessio inte
ramen sic
debeat il
omnino
illo temp
Confessio

Unde
in illo ex
confiteri
sufficiente
peccata o
gii omnes
in specie
fessario al
sivo &c.
omnibus
lum nau
singuli sta
diant Co
sed suffic
Sed di
sic impo
aqua natu
ergo licet
liquore,
similiter
impossibi
calu licet
Absolutio
materia
integram
tali Bap
constat,
Si reli
Dei prov
ipius ren
liter: co
sæpè que
moderat
damnati
quore, q
possibilit

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

De pecc
olitis, lo
tente, et
Canticis

cramento poenitentiae decederet: data Absolutione; moribundus perficit Confessionem inceptam, quantum possibile erit; & sic in aliis casibus. Probat: quia obligat Confessio integra, quantum possibile est. Quod tamen sic intelligas velim, non quasi statim debeat illam perficere, si periculum mortis omnino transierit; sed suo tempore, id est, illo tempore quo rursus obligabit praecipuum Confessionis divinum vel Ecclesiasticum.

Unde, si perseveret periculum mortis, cum in illo ex iure divino teneatur quisque integrè confiteri, teneatur statim perficere: alioquin sufficienter perficit, isto vel alio anno reliqua peccata confitendo; v. g. in periculo naufragii omnes simul confitentur aliquod peccatum in specie ac sigillatim, & omnes simul à Confessario absolvuntur, hac forma: Ego vos absolvo &c. (quae est praxis communis, & ab omnibus tanquam tuta recepta) cessat periculum naufragii, nullatenus requiritur, quod singuli statim eidem Confessario integram faciant Confessionem reliquorum peccatorum; sed sufficit, quod suo tempore illi vel alteri.

Sed dicit aliquis: Et id in aliquo casu physice impossibilis sit materia Baptismi, v. g. aqua naturalis, non tamen inde rectè inferatur: ergo licet tali casu baptizare in vino aut alio liquore, & valeat Baptismus sic collatus. Ergo similiter non rectè sequitur: In hoc casu est impossibilis integra Confessio; ergo in hoc casu licet absolvere non integrè confessum & Absolutio est valida: potuit enim Christus pro materia essentiali requisivisse Confessionem integram, sicuti requisivit pro materia essentiali Baptismi aquam naturalem. Unde ergo constat, quod non requisiverit?

Si respondeas: quia hoc congruebat suavi Dei providentiae, nostraeque imbecillitati, ac ipsius remedii commoditati; dicam ego similiter: congruebat suavi Dei providentiae, nostraeque imbecillitati, ac ipsius remedii commoditati, quod Baptismus in periculo aeternae damnationis posset validè conferri in alio liquore, quando aqua naturalis est physice impossibilis.

Respondeo; quidquid sit de illa congruentia, quae non obligat Deum, constat nobis ex sensu communi Ecclesiae, aquam esse materiam essentiali Baptismi, secus integram peccatorum Confessionem esse materiam essentiali Sacramenti Poenitentiae, est idem serè verbis Conc. Florent. in Decreto Eugenii docet, aquam esse materiam Baptismi, & integram Confessionem materiam Sacramenti Poenitentiae, ibi: *Materia huius Sacramenti (Baptismi) est aqua vera & naturalis. Et infra: Quartum Sacramentum est Poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguntur partes, quarum prima est &c. Secunda est oris Confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia*

peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Solum differentia est, quod Confessionem vocet quasi materiam, & non dicat simpliciter: *Materia Sacramenti Poenitentiae est integra Confessio; sed: Est oris Confessio, ad quam pertinet* (scilicet ex iure divino superaddito) *ut peccator omnia peccata &c.*

Hinc Conc. Trident. sess. 14. c. 5. in principio: *Ex institutione Sacramenti Poenitentiae iam explicata; universa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem; &c.* Ubi nota ly *Etiam*, quo utitur, ut significet, integram peccatorum Confessionem non esse partem essentiali Sacramenti, sed aliquid superadditum ipsi Sacramento in suo esse constituto. Quid ergo miramur, si valeat Sacramentum Poenitentiae, quando physice vel moraliter illa integritas est impossibilis; secus Sacramentum Baptismi, quando aqua naturalis physice vel moraliter est impossibilis? Deus est qui fecit: quare sic fecerit, penes ipsum est.

Certum est, quod sapienti sit necessitas non integrè Confessionis; & per consequens non integrè (ut sic loquat) Absolutionis, quam necessitas baptizandi absque aqua naturali, quae planè obvia est, & facillimè ab omnibus haberi potest, rarissimis casibus exceptis. Deinde, Baptismus non reiteratur; Confessio autem singulis annis est necessaria, & singulis diebus; immò singulis horis institui potest: estque res difficilis; omnia sua peccata, etiam occultissima, declarare; Ne ergo homines nimium averterentur ab hoc Sacramento; & quod ad salutem omnium institutum est, paucis ad salutem prodesset; planè conveniens fuit, ut validè & sanctè posset ministrari, quando ex rationabili causa aliqua peccata reticentur.

Eleganter D. Bernardus lib. de Praecepto & dispensatione c. 4. *Nome iustissimum esse loquetur, ut quae pro charitate inventa fuerunt, pro charitate quoque, ubi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud forte commodius demutentur? Sicut è regione iniquum procul dubio foret, si statuta pro sola charitate, contra charitatem venerentur.* Fateor, loquitur de praecipis humanis; nihilominus quid vetat, eadem verba praecipis divinis accommodare? Si enim homines non velint, ut quod pro charitate ordinatum est, contra charitatem militet, multò minus Deus, de quo scriptum habes 1. Joan. 4. v. 16. *Deus Caritas est, & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

Cum ergo praecipuum integrè Confessionis pro Charitate institutum sit à Deo; non est verisimile, quod Deus voluerit illud obligare contra Charitatem propriam vel alienam, id est, quando non potest observari absque gravi detrimento seu damno corporali aut spirituali proprio vel alieno, quod lex Charitatis propria vel aliena praecipit evitare.

Q 999 3 Interim

& Trident.

Rationes congruentiae.

D. Bernardus.

Non est verisimile, quod Deus voluerit obligare praecipuum integrè Confessionis, contra Charitatem, propriam vel alienam.

is.

I.

ateriali
a phy-
id est,
m vel
extrin-

qui non
ta incon-
tempè in-
m passim
n integrè

expressis
deantium
in Ecclesia
quisque
sua iura
ecclatua
suum mor-
tem peccata
us unaver-
salligantur,
à Christo
is; cum
confiteri

De illis
gratia
quod
sive illa
nis que
nifestis,
parte alio-
allegatis

em in illis
necessaria
illo; quod
cum om-
, & sapè
eant pu-

bolotio
adveniat,
incepta
adito uno
ortè si per-
bique Sa-
gramen-

Interim non modicâ prudentiâ opus est, ad discernendam & decernendam quantitatem damni, quâ sufficiat ad mutilandam Confessionem. Indubitatum quippe est, non quodlibet minimum damnum sufficere; sicuti etiam non sufficit ad excludendum ab obligatione præcepti humani; ne alioquin omnes leges sint quasi inutiles, cum facillimè homines sibi persuadeant aliquid damnum, vel periculum remotum alicujus damni emergentis ex obligatione præceptorum. Et ideo dixi in Conclusionè: *Grave damnum*. Quod autem illud sit, variant DD. & quamvis in aliquibus conveniant, de aliis tamen non modicè disputant, ut patebit ex progressu.

Non eadem gravitas damni excusatur ab omnibus præceptis.

Ante omnia sciendum, gravitatem damni non eandem esse respectu omnium præceptorum, sed cum proportione, seu quodam respectu gravitatis præcepti, ut quòd præceptum minoris importantiæ est, seu considerationis, eò sufficiat minus damnum emergens, ut quis licitè illud non observet: quòd autem præceptum gravius est, eò requiratur gravius damnum.

Secundò notandum, in concurrentia præceptorum, quæ simul observari nequeunt, quòd eorum majus sit, ut alteri præferri debeat vel cedere, id est, ut observari debeat, vel non observari.

8. Grave damnum hic est. Imors corporalis, aut aliud malum æquivalens.

Grave damnum respectivè ad bonum integræ Confessionis communiter existimatur, & reverà est, Primò, probabile periculum mortis corporalis, aut alterius mali æquivalentis, utputà mutilationis membrorum, perpetui carceris, exilii &c. ex. gr. tempore pestis, si Confessarius probabiliter timeat infectionem pestiferam, si diu perseveret cum penitente; potest paucis peccatis auditis eum absolvere. Si tamen ipse velit se exponere periculo propter consolationem ægroti, tenetur ægrotus integrè confiteri, ut clarum est.

Secundò, probabile periculum mortis spiritualis, v. g. penitens prudenter timet, se iterum consensurum in peccatum carnis, si diutius examini ejus inhæreat: ob quam causam potest & penitens illud solùm obiter examinare, & Confessarius obiter de eo interrogare, tum ne penitentem doceat, quod non novit, tum ne illi sit occasio novi consensûs, estò penitens examinando, posset perfectius cognoscere species & numerum peccatorum.

9. An etiam peccatum Confessarii

Sed, quid si scœmina v. g. sciat, Confessarium audito tali peccato, eam solliciturum, vel interius peccatorum turpi desiderio? Respondent Aliqui, non ex fragilitate, sed ex mera malitia Confessarii, non esse curandum.

Lugo.

Cardinalis Lugo disp. 16. n. 534. distinguendum putat: Nam (inquit) si scœmina

timeat sibi ex illa sollicitatione periculum consentiendi, vel certè importunas preces aut instantias Confessarii, quod non leve incommodum scœminæ affert; potest illud tacere: si nihil horum timeat, non est quod curet de malitia Confessarii. Debet tamen observari regula communis, quæ tradi solet in materia scandali, ut si commodè possit vitari damnum proximi sine damno nostro, vitari debeat ex obligatione Charitatis. Quare, sicut ad petendum Sacramentum ab illo, qui est in peccato mortali, requiritur aliqua specialis utilitas ejus, qui petit; sic debet in præsentia intervenire specialis causâ excusans ad consentiendum huic, & non alteri. Hæc ille.

Addo ego hanc regulam universalem: Non tenetur quis omittere utilia sibi aut necessaria, etiam ad vitam corporalem, multò minus bona opera (nisi ad tempus) ob evitandum scandalum. Nec licet omittere impletionem præcepti naturalis, quando impletio est majus bonum, quàm sit malum ruina proximi: quæ proportio etiam attendenda est in omissione præcepti humani aut positivi divini.

Igitur penitens diligenter attendat, an hic & nunc sit majus bonum integræ Confessio, quàm sit malum ruina Sacerdotis. Materè consideret necessitatem hîc & nunc consistendi ex præcepto divino vel humano, & dampnum quod patitur, si Confessionem omittat, & differat in aliud tempus, vel alteri confiteatur.

Enimverò, si nulla occurrat necessitas consistendi, sed sola devotio, & aliqua major securitas de statu gratiæ & nescio, quare non debeat penitens ad ali quod tempus differre suam Confessionem, ad evitandum peccatum mortale Confessarii: aut cur possit huic Confessario non integrè confiteri. Sin autem urgeat præceptum divinum, v. g. in periculo mortis, aut præceptum Ecclesiasticum annuæ Confessionis, vel certè divinum seu Ecclesiasticum præmittendi Confessionem susceptioni Eucharistiæ, quæstio est, an debeat aut possit non integrè confiteri ad evitandum scandalum acceptum Confessarii? Similiter, si ex omissione vel dilatione suæ Confessionis, timeat probabiliter scandalum aut infamiam.

Equidem si scandalum, quod timeatur ex omissione, majus sit, quàm quod timeatur ex integra Confessione, indubiè teneris integrè confiteri: sin autem minus fuerit, Charitas dicat oppositum, cæteris paribus. Deinde si urgeat præceptum divinum, ita ut nisi jam integrè confitearis, nunquam poteris integrè confiteri; unde probatur, quòd possis, aut debeat mutilare Confessionem, præcisè ad evitandum scandalum acceptum Confessarii? Videtur quippe eo casu adimpletio præcepti divini majus bonum, quàm sit malum illa ruina Confessarii. At verò, si solùm urgeat præceptum

ceptum
suscipit
Confessio
possis d
suo ten
tendi:
esse maj
præcept
præcisè
An a
sio: qu
câ Con
ipsum p
obligati
fessione
ciens in
dum pos
mera ma
citè cave
spicere
est, si
Confess
Confessi
rium ta
qualq; sit
Terri
dum lice
nitens p
à Confes
in confes
peccatum
um intr
per se tal
cellarid c
nitentis,
videbitur
Quart
dist. 21.
quod Con
Penitent
indiscret
im deve
feret ex
neut non
& moder
universal
debitè
Vel si ur
super hoc
peccatum
ter aggr
confund
circumsta
persona h
bri talis
circumsta
sonam ist
ad confes
ceptum
ad confes
mam muni

ceptum divinum præmittendi Confessionem
suscipiendi Eucharistia, aut præceptum annuæ
Confessionis, satis probabile videtur, quod
possis dimidiare Confessionem cum proposito
suo tempore alteri Confessario integrè confi-
tendi: quia tunc ruina illa Confessarii videtur
esse majus malum, quàm sit bonum adimpletio
præcepti divini integrè confitendi, pro isto
præcisè tempore.

An autem tenearis dimidiare, est alia qua-
estio: quia cum debeas confiteri, & posses uni-
câ Confessione satisfacere tuæ obligationi;
ipsum pura malitia in causa est, quod remaneat
obligatio confitendi peccatum in hac Con-
fessione omittum. Quæ obligatio, an sit suffi-
ciens incommodum, ut propter illud evitan-
dum possis permittere peccatum Confessarii ex
mera malitia, tu diligenter perpende; & solici-
tè caves, ne similia de tuo Confessario sus-
piceris sine gravi fundamento; quale utique
esset, si aliàs expertus fueris sollicitationem
Confessarii ad turpia, ob similia peccata in
Confessione declarata, aut scires Confessa-
rium tam proclivem ad ea vitia, ut obvias
qualq; sibi familiares facit ad turpia sollicitè.

Tertius casus, in quo ob grave incommodum
licet dimidiare Confessionem, est, si pœ-
nitens prudenter timeat revelationem peccati,
à Confessario faciendam, nisi fortè obligetur
in conscientia dare facultatem Confessario
peccatum revelandi: tunc enim censetur damnum
intrinsecum Confessioni, id est, damnum
per se tali Confessioni annexum, utpote nec-
essario consequens ex obligatione ipsius pœ-
nitentis, quod damnum non excusat, ut infra
videbitur.

Quartum casum colligimus ex Scoto 4.
dist. 21. q. 2. n. 21. ubi sic ait: *Ad aliud dico,*
quod Confessor indiscretè ministrans Sacramentum
Pœnitentiæ, teneatur non statim confiteri de facto suo
indiscretè, quando scilicet Confessor suus poterit sta-
tim devenire in notitiam personæ, circa quam indis-
cretè exercuit usum Clavium: & hoc ad minus te-
neatur non in speciali exprimere culpam circa quam,
& modum quo indiscretè exercuit; sed vel præcisè in
universalis, dicendo sic: Meâ culpâ indiscretè & in-
debitè ministravi Sacramentum Pœnitentiæ.
Vel si urget eum conscientia de Confessione faciendâ
super hoc in speciali, ut dicitur argumentum; quia est
peccatum mortale speciale, & circumstantia speciali-
ter aggravantes; teneatur expectare opportunitatem
confitendi alicui, qui ex tali Confessione peccati &
circumstantiarum, non possit devenire in notitiam
personæ huic confessæ. Quod si nunquam possit ha-
beri talis Confessor, quin ex explanatione peccati, &
circumstantiarum, possit devenire in culpam & per-
sonam isti confessam, iste est in casu impossibilitatis
ad confitendum homini; quia plus teneatur ad præ-
ceptum non prodendi culpam sibi confessam, quàm
ad confitendum explicite culpam suam; quia ad pri-
mam multipliciter ex lege naturæ, ut probant rationes

ad primam Confessionem, & multipliciter ex lege po-
sitiva divina, ut probant rationes ad secundam Con-
clusionem: ad secundam vero ad plus (id est, ad
summum) de lege positiva divina; ut dictum est
dist. 17. Ergo iste confiteatur Deo. Hucusque
Doct. Subtilis.

Et ideo supra dixi, notandum in concurren-
tia præceptorum; quæ simul observari neque-
unt, quod eorum majus aut minus sit, ut al-
teri præferri debeat vel cedere, id est, ut ob-
servari debeat, vel non observari. Siquidem
duo hic concurrunt præcepta, unum juris na-
turalis divini positivi non prodendi culpam si-
bi confessam, aliud juris divini positivi inte-
grè confitendi sua peccata. Procul dubio autem
tem sigillum gravius obligat, quàm integritas
Confessionis. Quando ergo utrumque simul
non potest observari, liquet profecto sigillum
esse observandum.

Sed antequam progredior ad alios casus,
magis dubios & disputabiles, non est mens
nostra, generaliter dicere, in præallegatis casu-
bus semper licitum fore dimidiare suam Con-
fessionem; sed tunc solum, quando aliunde
adest aliqua necessitas, aut extraordinaria uti-
litas confitendi, v. g. quando urget præcep-
tum Confessionis divinum vel Ecclesiasticum,
per se vel per accidens; vel si alioquin diutius
deberet differre Confessionem cum notabili
detrimento profectus spiritualis, & incertitu-
dine magna status gratiæ, eod quod nequeat eli-
cere Contritionem Charitate perfectam.

Imò secundum Multos tenetur pœnitens
sic dimidiare confiteri (nisi possit & velit ce-
dere juri suo, eligens subire incommodum,
quod timet ex integra Confessione) quando
urget præceptum Confessionis: quia hoc vi-
detur esse majoris considerationis, quàm præ-
ceptum integrè confitendi.

Nonne, qui credit, se non posse, etiam
facto diligenti examine, revocare in memo-
riam, & dicere omnia peccata propter obli-
vionem, teneatur nihilominus confiteri ea,
quorum recordatur, ut impleat præceptum?
Ita ergo, qui propter justam causam non po-
test omnia dicere, tenebitur confiteri ea, quæ
potest, tacito illo peccato, ex quo oriretur
periculum notabilis damni. Patet; quia tali-
modo confitendi implet præceptum Confes-
sionis; quia confitetur omnia peccata, quæ
memoriæ occurrunt præcisè, id est, tanquam
possibilia moraliter explicari, atque adeo tan-
quam hic & nunc ex debito declaranda. Sic
Quidam interpretantur verba Conc. Florent.
& Trident.

Unde existimant, eum, qui hoc modo con-
fessus fuisset, ut satisfaceret præcepto Con-
fessionis annuæ, non teneri quàm primùm
possit confiteri peccatum omittum; sed posse
differre Confessionem illius usque in annum
sequentem, nisi citius urgeat præceptum di-
vinum.

14.
Limitatio
præcedentis
doctrinæ.

15.
An pœni-
tens teneat-
ur in casu-
bus prædi-
ctis dimidi-
ate confite-
ri, si urgeat
præceptum
Confessionis
annuæ.

ericalum
reces aut
incon-
taccere: si
curet de
observari
materia
ari dam-
itari de-
re, sicut
qui est in
speciali
præsent
ad confi-
em: Non
necessaria,
ed minus
vitandum
lectionem
est majus
imi: quæ
omissione
at, an hic
Confessio,
Maturè
confitendi
damnum
mittat, &
confitea-
ffitas con-
major le-
re non de-
ferre suam
tum mor-
Confessario
geat præ-
portis, aut
Confessio-
cum præ-
Eucharistia
non in-
lum acce-
omissione
at proba-
imetur ex
imetur ex
is integrè
aritas di-
nde si ur-
si jam in-
is integrè
s, aut de-
ad evi-
ari: Vi-
cepti di-
illa ruina
eat præ-
ceptum

vinum : quia reverà satisfecit præcepto Ecclesiæ, utpote quod solum obligat, ut Confessio fiat eo modo, quo Christus voluit eam fieri ; & jam eo modo facta est.

16. *Objectio.*

Dices : fieri potest, ut præter peccatum mortale, quod ex justa causa possum filere, non habeam aliud peccatum mortale ; nunquid tali casu teneor confiteri peccata venialia, quando urget præceptum divinum vel Ecclesiasticum Confessionis ?

Responsio.

Respondeo : si possis peccatum illud in genere vel in specie subalterna confiteri, tacendo illam circumstantiam, ex qua timetur periculum notabilis damni, prorsus obligaris sic confiteri : quia tunc te habes, sicut ille, qui recordatur se fecisse aliquod mortale in genere, oblitus tamen speciei, qui tenetur istud, secundum Omnes, explicare.

Nec video quid difficultatis Aliqui apprehendant in tali Confessione : nam quod ait Suarez disp. 23. sect. 2. n. 6. Non posset veram causam tacendi speciem declarare, nullius momenti est : cur enim non posset dicere, dum interrogatur de specie : *Non recordor speciei ?* Scilicet practicè, tamquam possibilis moraliter explicari, atque aded tamquam hic & nunc ex debito declaranda.

17.

Qui justè tacet ali- quod pec- catum, om- nia confite- tur, quæ memoriæ occurrunt.

Audiamus Suarium ibidem nu. 9. ubi docet, cum, qui ex justa causa tacet aliquod peccatum, nihilominus confiteri omnia peccata, quæ memoriæ occurrunt, ut superius insinavi : Dicendum (inquit ille) in nostro casu verè impleri (præceptum Confessionis annuæ) quia sensus est, confitenda esse omnia, quæ memoriæ occurrunt practicè, id est, tanquam possibile moraliter, & consequenter tanquam hic & nunc ex debito declaranda in Confessione : hoc autem totum etiam integre in dicto casu fit. Quapropter ex vi illorum verborum Conc. Florent. non magis tenetur aliquis peccatum sic omissum statim confiteri, quam peccatum oblitum. Hæc ille.

71

Idem n. A. dicitur de ob- lito peccato, quod non tenetur confiteri, nisi in confessione, quæ fit in genere, vel in specie subalterna.

Cur ergo magis tenebitur speciem oblitam confiteri in genere, quam speciem, quam ex justa causa potest omittere ? Nam & hæc species non censetur memoriæ occurrere, ergo verisimè pœnitens potest dicere : *Non recordor speciei*, scilicet in ordine ad Confessionem, sicut quando reverà non recordatur.

Et quid si absolutè negaret speciem peccati, quam non tenetur explicare ? Nulla est difficultas, dum utatur debitâ restrictione mentali ; sicut si Confessarius interrogaret de peccato mortali prius confessio, possem negare, me illud fecisse, subintelligendo, ita ut tenear tibi confiteri. Neque hæc est pura restrictio mentalis (quæ non differt à verò mendacio) sed restrictio, quæ à quolibet prudente potest, & debet intelligi ex ipsa interrogatione Confessarii, qui non censetur velle

interrogare, nisi de illis, quæ pœnitens tenetur explicare, cum aliud jus ipsi non sit datum à Deo in tali officio.

Nec dixeris : talis videtur confiteri aliud peccatum, quam fecerit ; quia multa videntur, quæ non sunt, sicut videntur. Sane qui fornicatus fuit, non solum videtur fecisse peccatum in genere, sed à parte rei fecit. Ergo, quando illud confitetur, etiam neget fornicationem, adhuc confitetur peccatum, quod fecit ; sicut ille, qui oblitus esset fornicationis, & ideo illam negaret.

Quidquid sit de hoc modo confitendi, ex hypothesi, quod non posset pœnitens commode explicare suum peccatum neque in genere, neque in specie subalterna ; Respondeo, haud equidem teneri ad Confessionem peccatorum venialium, saltem communiter ; nam in articulo mortis teneretur, ut ita certis consulat salutem animæ suæ, cum sæpe valde incertum sit, an quis habeat Contritionem Charitate perfectam. Imò in morte teneretur aliquod detrimentum proprium libere, ut constituat se extra omne periculum damnationis. Hoc enim tuoc dicitur Charitas, cum non possit esse majus malum æternæ damnationis : unde & ipsa mors corporalis eligenda foret, casu quo æterna salus periclitaretur, & alio medio non posset obtineri.

Similiter obligaret Confessio venialium, si urgeat præceptum suscipiendi Eucharistiam, vel aliud Sacramentum vivorum, & nequidem probabiliter tibi constet de Contritione Charitate perfecta. Ratio patet : quia ad licitam susceptionem illorum Sacramentorum requiritur status gratiæ, qui (ut supponitur) nequidem probabiliter haberetur, nec haberi potest hic & nunc, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ.

Ex quo festinè cognoscitur, non esse opus elicere Contritionem Charitate perfectam de peccato, quod justè omittitur in Confessione : quia videlicet habet se instar peccati, cujus homo non recordatur, quod censetur secundum Trident. inclusum in eadem Confessione, non quidem in ordine ad tollendam obligationem Confessionis, si postmodum memoriæ occurrat, sed ad effectum remissionis coram Deo.

Enimverò quod impotentia confitendi peccatum aliquod oriatur ex oblivione, vel ex alia causa, planè materiale est, ut gratia sacramentalis remittat hoc vel illud peccatum, quod non exprimitur : nam secundum nos etiam ad valorem Sacramenti requiritur dolor universalis, extendens se ad omnia peccata, non solum quæ memoriæ occurrunt, sed etiam oblita. Si ergo non requiritur Contritio Charitate perfecta, ut remittantur per Sacramentum peccata oblita ; neque necessaria erit, ut remittantur peccata, quæ memoriæ occurrunt

tamquam

tamquam n. practicè no

Ceteru

clutione ad extrinsecum qui præcipit

pere (ut i

intrinsecè ciperet : sic

ger cum nocumenti

ti ; equide niter, obli

gravis noc tus, per se h

Hinc po tionem sus non servat

planè extr tioni autem

precipit st rictum n

pari ratiõ nem, præ ne aliqui

fero, & C

Propria apu excu rial

P Prima non

à priori gram Co

pria infar dens her

quia vel sui, v. g. ignotus

ta sunt. Prof

essione confiter

toria, a qui illu

forent p à Conf

non ten commu nem ut

fessarii quibus abunda ubi vis

tanquam moraliter impossibilia, sive tanquam practice non confitenda.

Ceterum, si a me quaritur, quare in Conclusionem addiderim illam particulam: Confessio extrinsecum? Responso in promptu est: quia, qui precipit Confessionem, censetur compræcipere (ut sic loquar) omnia damna, quæ ipsi intrinsecè connexa sunt; alioquin inutiliter præciperet: sicuti lex humana, est per se non obligat cum periculo vitæ, aut alterius gravis nocuamenti extrinseci, seu per accidens conjuncti; equidem, secundum Theologos communiter, obligat cum periculo vitæ, aut alterius gravis nocuamenti, quando actus iuste præcipitur, per se habet hujusmodi periculum annexum.

Hinc peccat miles, qui metu mortis stationem suam deserit; secus, qui metu mortis non servat jejunium Ecclesiæ: quia jejunio planè extrinsecum est periculum mortis; stationi autem per se connexum. Ergo sicuti qui precipit stationem, consequenter præcipit periculum mortis; alioquin frustra præciperet: pari ratione, qui precipit integram Confessionem, præcipit omnia damna per se connexa, ne alioquin inutiliter præcipiat. Ex quo infero, & erit

CONCLUSIO II.

Propria infamia vel complicitis apud solum Confessarium, non excusat ab integritate materiali Confessionis.

PRIMA pars, videlicet propriam infamiam non excusare, est communis DD. Ratio à priori voluntas Christi, qui præcepit integram Confessionem, cui per se annectitur propria infamia; quamvis hic & nunc per accidens fieri possit, ut pœnitens non infamet se: quia vel peccata non sunt infamatoria respectu sui, v. g. duellum respectu militis; vel quia ignotus Confessario, vel quia aliunde publica sunt.

Profectò si pœnitens excusaretur à Confessione, ne se infamaret, & solum teneretur confiteri, quando peccata non essent infamatoria; aut quando nancisceretur Confessarium, qui illum non nosset, vel certè quando peccata forent publica; frequentissimè excusaretur vel à Confessione, vel ab integritate illius, ita ut non teneretur dicere peccata, nisi vel levia & communia; vel certè differre posset Confessionem usque ad prædictam occasionem Confessarii, qui illum non nosset, que licèt in aliquibus locis satis frequens sit, ubi nimirum abundant Confessarii; attamen in aliis locis, ubi vix unus aut alter Confessarius reperitur,

rarissimè talis occasio se offert.

Planè ergo cõveniens erat institutioni hujus Sacramenti, & præcepto integræ Confessionis; ut pœnitens teneretur confiteri integrè cum propria infamia, quando aliter non posset confiteri: præsertim, cum hoc Sacramentum quantum quantum est, sit institutum in bonum & utilitatem ipsius pœnitentis.

Sed numquid rectè inde inferatur: ergo obligat præceptum integræ Confessionis cum infamia complicitis? Ita argumentatur Cardinalis Lugo disp. 16. nu. 398. ibi: Ex natura rei plus requiritur ad obligandum aliquem, ut se ipsum infamet, quam ad permittendum vel obligandum, ut alienum crimen manifestet. Constat etiam; aliquando posse me manifestare crimen alienum, ad vitandum aliquod malum meum, vel propter aliquod bonum meum, licèt illud idem bonum non me obliget, ad manifestandum crimen meum. Cùm ergo bonum Confessionis integræ tale ac tantum sit, ut propter illud Christus obliget pœnitentem ad manifestanda sua crimina, & subeundam infamiam; consequens est, ut propter illud idem bonum permiserit necessariam manifestationem criminis alieni, quæ certè tunc non erit mala, cùm non fiat, absque rationabili causa. Hæc ille.

Sed contrà opponit Dicastillo disp. 9. n. 898. Possum integrè confiteri cum propria infamia, etiam ubi nulla est necessitas; quia v. g. adest alius Confessarius, cui sum ignotus; & tamen non bene inde concluditur: ergo possum integrè confiteri cum infamia complicitis, etiam ubi nulla est necessitas; quia v. g. adest Confessarius; cui complex est incognitus.

Respondeo; disparitas est, quòd homo sit dominus propriae fama; & possit cedere juri suo: non est autem dominus fama complicitis, nec potest cedere juri, quod complex habet ad famam suam. Ergo licèt absque necessitate integræ Confessionis possit se ipsum infamare ad majorem sui humiliationem, & per consequens ad majorem fructum Sacramenti; non sequitur: ergo etiam absque necessitate integræ Confessionis potest infamare complicitem; quia sola ratio, excusans infamiam complicitis à peccato formali detractionis, est necessitas integræ Confessionis. Unde valde diversa sunt: Teneor me ipsum infamare ad accipiendum tale bonum; ergo possum infamare alterum ad accipiendum idem bonum; & Possum me ipsum infamare ad accipiendum tale bonum; ergo etiam possum infamare alterum ad accipiendum idem bonum.

Nonne bene sequitur: teneor in judicio humano confiteri peccatum cum propria infamia ad evitandam mortem; ergo etiam ob eandem rationem possum confiteri peccatum cum infamia complicitis? Nullus est qui dubitat de boni-

22. An obliget integræ Confessio cum infamia complicitis? Affirmat Lugo;

23. Contra quem arguit Dicastillo.

Responso;

24. Non valet semper argumentum à propria infamia ad infamiam complicitis.